Quapropter, Melancholici, Cholerici, Senes, aut rariſſime, aut nunquã cõcũbãt. Valetudinarij autẽ. Fragiles, Exhauſti, Aetate defecti, hoĩes, (quibus etſi natura coeũdi vim deneget obſcœna tñ locutiõe, & anĩo, plęrũqꝫ delinquũt) omni tp̃e coitũ ꝑtimeſcãt. & puri, corpore tũ mẽte viuãt. Atqui cõcũbere

Quibus Veneris ludꝰ cõceſſꝰ

aſſuetis, iuuenibꝰ, lacertoſis, robuſtis, venas latas, (ſanguĩe refertas) habẽtibꝰ, Cõcubitꝰ rarus, viribus ęquus, nõ modo nihil obeſt, immo plurimũ ſecũdã valetudinẽ ꝓmouet, & in nõnullis ſubuenit morbis :– Nolim aũt chriſticolã, illicito & interdicto cõcubitu, (vti extra cõiugiũ teſte Ariſto, oĩs ẽ) mortali corpori cõſulere, & immortalẽ animã eo ꝑdere. Nam legitimo thoro addictis, hæc dũtaxat præcipimus :–

Ariſtoteles,

## CAPVT DE MEDICINIS A peſte conſeruantibus.

Tametſi temperãs homo, ĩ hiſce rebus, quibus, neceſſitate vitę ĩeuitabiliter fruimur, ſobriã, modeſtãqꝫ vitã, (vti docuimꝰ) ducens, nõ facile peſtilẽs virus ꝑſentiat, ob corporis puritatẽ, quũ tñ maxima hoĩm pars, in turpem luxũ procliuis, accuratius in ꝓpriã ꝑnitiẽ, ſtudeat bellarijs, & vorandi cõcertatõne,

Maxĩa mortaliũ pars ĩ turpẽ luxũ ꝓcliuis,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=26
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

gulam, ad voracitatẽ, atq; ebrietatem, prouocare· quã cor-
poris cruditatẽ & ſoſpitatis noxiam, ſubterfugere· huc quoq;
attinet· vt de medicandi ratione agam, qua, corpis cruditas, &
vitioſorũ ſuccorum redundantia, q̃, vl' ex crapula, vel prauo
victu, innata eſt· ſuſtollatur. priuſq; morbus increſcat:- Pri-
mũq; per ſanguinis detractionẽ, & purgatoria medicamẽta,
ſuccurrere erudiam. eo quidẽ libentius, tum vt arbitror vti-
li⁹, qd' vulgariũ medellorꝝ (q̃rꝝ ars ex temeritate, & vnica
radicula pendet) exitioſos errores extirpẽ. ij, q̃; primũ lãgui-
dos, nõ adhuc ægros, aſpiciũt· ſanguinem nõ miſſum audiũt.
eueſtigio imperioſi, ad chirurgicũ pertrahunt· pręcipitanter,
non virib⁹ æſtimatis, nõ ætate, nõ cõſtitutione corporis cõſi-
derata· nec dum cauſa languoris cognita, crudeliſſime venam
lacerant· ſanguinẽ quoad ſpirit⁹ deficiat, pfundunt· cum maxi
mo vitæ diſpendio, nec rarenter languẽtis interitu:- Ego qui
dem ſanguinis miſſionẽ non prorſus interdico· verũ eã in va-
rijs affectuũ generibus, multũ cõferre fateor. his aũt tantum,
qui, hoc auxilij genus ferre valẽt· & repletione, aut affectiõe,
pręmũtur, quã ſanguinis extractio demere, vel remittere ſaltẽ
poteſt:- Pueris igitur tredecim annis minorib⁹, mulierculis
vterum gerentib⁹, & ætate defectis, etiã morbo pręhẽſis, qui,
ſanguinis dimiſſionẽ requirat· male vena incidit. Ineſt ẽm ta-
libus exigua vis· quę per detractionẽ ſanguinis, facile tota eri
pitur· Illis tñ Ipſis, ( ſi ſanguine abundent ) rectius auxilium
fertur· cucurbitis intra ſcapulas defixis, ( cute prius ſcabello
ꝯſciſa) iſtuc cucurbiculæ impreſſæ, id adminiculi dãt· qd' cõis
venæ (quã alio noĩe medianã appellam⁹) diſſectõ Vel ſi volu-
m⁹ cucurbitis regal' venæ (quæ & baſilica græcæ, latiæ Iecora
ria dicitur ) opem referre. in lumbos ( paulo ſupra nates ) co-
aptentur· cũ cutis conciſione. eo pacto, Imbecillibus tutius &
leuius ſubuenitur· q̃; venæ diſſecatione. in qua, cũ ſanguine vi
talis quoq; vis emanaret:- Frequẽtãt plęriq;, ſanguinis miſſi-
onem· etiã citra neceſſitatem· credentes eam proficuam fore.
Sed mehercle, non parũ multum vitæ detrahũt· preſertim ſi,
Cholerici, Phlegmatici, vel Melancolici, ſint· & ſane degant.

In temerarios medicos, omnibus in morbis venas lacerãtes

Quibus cucurbitarũ coaptatio tutior q̃; venæ diſſectio.

Quibus ſanguinis detractio nocua.

Sanguinē, qui, naturæ theſaurꝰ eſt· nūq̄ꝫ abſq̄ꝫ ingenti incō⸗
modo effundūt:- Quapropt̄ niſi abſceſſꝰ aliq̄s obortꝰ aut aliꝰ
morbꝰ, infeſtet: quē, ſubtractio ſanguinis diſcutit· venæ ſectō
ſemp cauēda· retinēduſq̄ꝫ ſāguinis & ſpūs. Atq vbi, corpꝰ ci⸗
bis ſanguinē augētibus alitū rubet· venæ explete turgēt· & vi
res vehemēti conatu, vigilijs. īmoderato cōcubitu, purgatōe⸗
ve ſolute nō ſunt· ſed robur corpis, ætaſq̄ꝫ ſubeſt· īterdū parca
ſāguinis extractio. verno tpe, vtilitati ē:- Mēiniſſe tñ oportꝫ

Ante venæ ſectionē moliēda alui ſubductio

nūq̄ꝫ feriendā venā ni alui onera deiecta ſint· ſin vero, expul⸗
trix aīę vis, nihil deijteret· ſuppoſitorio moliēda eſt vētris ſub
ductio:- Vbi autē vitioſus humor, nō venas, ſed reliq̄ corpis
cōceptacl'a tenet· aut cū ſanguine venas occupat· nō tñ edu⸗
cibilis eſt. p medicamēta primū eſt cōcoquēdus· cōcoctus pur

Medicinę ignarꝰ ꝓprio arbitrio medicamēta non hauriat,

gatorijs medicamētis eijtiēdus:- Nolo autē vt quiſq̄ꝫ medici⸗
næ expers, ſuo ingenio, medicinā (ad hoc pręſidiū) ſibi parert·
ſed ea a docto perito medico expetat, ne vel optīm ſuccū ex
trahat· relicto noxio. vel medicamīe virībꝰ impari, ſemetipm
aīa expoliet. qd', multis p eorū imprudentē medicaminū po
tatiōeꝫ, cōtigiſſe· exptī ſumꝰ:- Sed ad reliq̄ remedia (quę cō⸗

Medicinę a peſte cōſeruantes,

tra peſtilentē inſultū vtentes cōtueant) reuertemur:- Multas
hęrbas, radices, cōfectōes, ex ijs iūctis cōſtantes, (apd' longe
pręcellētiſſimos medicinę cōditores) hac virtute celebratas le

Pillularū peſtilentialiū vſus,

go:- Si ſtrupulꝰ vnꝰ, aut drachma, (maxim pondus pillularū
peſtilētialiū) hebdomadatī bis cū vncia vini aqua diluti ſorbe

Ruffus, Auicenna, Auenros,

aē· efficaciſſimo aduerſus peſtē eſt remedio. Ruffo Auicēna
& Auerroe teſtibꝰ. has maxīo laudis p̄conio Auerrois effert·
aſſerens nullū vnq̄ꝫ qui eas deglutiuerit peſtilēti veneno occu

Vulgaris pillularū peſtilētialiū deſcriptio,

buiſſe. hæ, vulgo ſecundū hāc cōficiuntur deſcriptiōeꝫ. ℞ alo
es partes duas vt ʒ i Mirrhe Croci aā partem vnā vt hic ʒ ſ
Fiāt pillulæ cū vino aromatico:- Eximia earū virtꝰ ſingulorū
aromatū (ex quibus cōflantur) facultates contēplanti· luce
meridiana clarius innoteſcit. Aloe nāq̄ꝫ, ſua natura corpus, a

Aloes eximia virtus,

ſuccis citæ corruptioni obnoxijs expurgat· putredini reſiſtit.
& quod maximū eſt ab omni (quę interimat) affectiōe cuſto

Mirrhæ pręcellens vis,

dit:- Mirrham, a putredinis iniuria, manifeſtiſſime defendere,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=28
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

oculis cernimus, Etenim cadauera longo tẽpore, ne putriant˙ ea reſeruamus:- Crocus autẽ, tametſi corpis ſtatũ nõ nouet˙ tamẽ quod humores incorruptos retinet, vim vitalẽ corro⸗borat˙ hilaritatem animiq; ſecuritatẽ inducit, ſummã ab Aui⸗cenna meret̃ laudẽ:- Atq; hic haud obtinendum eſt˙feruore graſſante, Aloen aqua endiuiæ aut acetoſæ, roſarũue, prolu⸗endã eſſe˙quo ignea ei⁹ vis extinguat̃:- Parit̃ Mirrha abluta ſecuri⁹adhibet̃:- Maſtice inſup idoneo pondere adiecta iuua mentũ pillularũ q̃ maxie auctat:—Sũme igit̃ Aloes rite lotæ, ʒ iij mirrhæ lotæ Croci maſticis Añ ʒ j fiant pillulæ cũ ſyrupo acetoſitatis Citri aut de limonib⁹aut Ribes:- Cęterum curare oportʒ˙vt aloe q̃ electiſſima, colore, odore, ſapore, põdere, & ſubſtantia, accipiat̃. mala alioqui, nõ leue nocumentũ gigne⸗ret. cuius, Meſue, ( optimus medẽdi mgr̃ ) ſemper admonet. nobis quoq; prauitatis eius incõmodum, non modo lectione verumetiã euentu innotuit.

Croci laus,

Calido tẽpore ex Aloe atq; Mirrha lotis, et maſtice addita, pillulæ peſtilẽ⸗tiales cõficiẽdæ

Deſcriptio pil⸗lularũ peſtilẽtia⸗liũ, feruido tẽ⸗pore cõuenien tium,

Electiſſima A⸗loe accipiẽda, Meſue

Lutum armenũ correctũ, Scrupuli vnius, aut duorũ, põdere ſũmo, in vino albo, aqua roſata æqualiter perfuſo, epotũ, tam efficaciſſime auxiliari Auicẽna tradit˙vt nec peſtem admittat, & infectos ab ea vindicet:- Emẽdetur hoc modo˙ Conterat̃ lutũ ar: minutiſſime˙tritũ aqua vel ſcabioſę, vel acetoſę, aut vi no, mergatur˙ ſua ſponte iterũ ſiccetur, exiccatũ denuo tera⸗tur, in puluerẽ ſubtiliſſimũ˙ mergaturq; rurſus˙ita, merſione, contuſioneq; quater repetita˙ vſui reſeruetur:-

Lutũ armenũ præſentiſsimũ remedium

Correctio Luti Armeni,

Haud læuius pręſidium, terra ſigillata prębet˙ quũ ad modũ luti armeni correcta˙ etiam tanto pondere propinetur:-

Terra Sigillata

Bolus vnus hęrbæ viridis acetoſæ, (Folia ſere duodecim) in⸗dies ieiuno ſtomacho, deuoratus˙ valentiſſime peſtẽ abigit:-

Acetoſa,

Hærba deficiente, puluis ex vino pari cõmodo bibitur˙ Ve⸗runtamen vſus eius, cũ peſtilentialibus pillulis, alternatim ma gis proficit:-

Puluis acetoſæ

Drachma ſemis, aut integra, pulueris radicis Tormentillæ, in vino albo, vel aqua acetoſæ, exhibita˙contra hoc venenum, pręſentaneum eſt remedium.

Tormentillæ radix



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=29
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Scabioſæ vſus, ne hoc malum lædat· (apud medicinæ autho res) laudatiſſimus habetur. Nã ſucc⁹ eius potus, aut (eo non extante) aq̃ eius (elicita vi ignis) hauſta· ſalutem incõcuſſam acerrimᵉ defenſat:– Tum etiã peſte captum, duodecim horarum ſpacio, ſanitati reſtituere creditur:–

Balſamo, cordis regio, illinienda,

Neque ij periclitari putantur· qui, ſiniſtro latere, cordis regionẽ Balſamo optimo obliniũt. Nempe, cor a Balſamo tantũ firmanentum recipit·ne venenum quicꝗ obeſſe queat:–

Lotiũ Hirci,

Auerrois vrinam hirci odoratam, contra peſtẽ multũ valere affirmat· nec paruã ſecuritatem affert. Si quis in hirco ſeſe obuoluat·hęc volutatio (crede mihi) non inter infima ab authoribus cenſetur remedia,

Theriaca

Theriaca Strupuli, aut ad maximũ drachmę ſemis pondere, Hieme ex vino albo, odoro, Aeſtate vero, vel ex aqua acetoſæ, vel endiuiæ ſorpta·admiranda vi, contra peſtilentẽ infectionẽ cõmunit:–

Metridaticum Antidotũ nihil min⁹ ꝗ Theriaca auxiliatur, Vſus & Theriacæ & Metridati mixtim, Auerrois Auenſoar

Atꝗ etiam Metridaticũ antidotũ, tanto pondere, et ea ratiõe ſumptũ·par opitulamẽ reddit:– Vel ſi poti⁹ his duobus nobiliſſimis antidotis, mixtim vti libet·p̃miſceanẽ ſingula. Strupuli medij, aut (ad maximã doſim) drachmæ ſemis põdere & hauriãt vti iã explicauim⁹:– Verũ mẽiniſſe debem⁹·hæc antidota, mane, vacuo Stomacho, hauriẽda· abſtinendũꝗ a cibo, horis ſex· q̃ad oĩb⁹ i mẽbris perfecta ꝯcoctio abſoluatur. quod obſeruandũ, ſummopere Auerrois & Auẽſoar cohortãtur:– Neque omni tpe, omĩꝗ corporis habitudini, horũ oblatio ſalua eſt, Etem̃ Cholericis, ardenter febrientib⁹, & torrido ĩ æſtu, hęc, rar⁹ duntaxat vſus cõmendat:–

Puluis contra peſtilentem infectionem,

Valet etiã ꝗ maxime, hic puluis· aduerſus hoc immane exitij genus. qđ ſimpliciũ pręclaræ vires, monſtrant ℞ Boli armeni preparati ℥ j radicũ tormentillæ diptami ſandalorũ rub Añ ʒ j Raſuræ Eboris Spodij Corticũ Citri Anthore Añ ℥ ſ Margaritarũ ſplendidarũ ℈ ij fragmentorũ Rubini Saphiri Schmaragdi granati Iacincti Añ ℈ j fiat puluis nec incõuenit huic addere raſure vnicorni ℈ j

Puluis ali⁹, maioris ꝗ ſuperior auxilij.

Item puluis alius, ſuperiore multo efficatior:– ℞ Boli Armeni pręparati, vti ſupra docuim⁹ ℥ j Cinamõi electi ʒ ij radicis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=30
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Tormentille, Diptami, Ennule Campane, Sandali rubri, Añ ʒ iiij Raſure eboris ʒ ij Spodij Anthore ʒ j fragmentorũ Schmaragdi Rubini granati Iacincti Karabe Añ ʒ ß oſſis de corde cerui vnicorni ſi haberi põt Añ ʒ j foliorũ auri & argẽti Añ nũero v Ambreg̃ iij fiat puluis:– Hu9, atq; ſupioris puluer] vſus ẽ drachmæ ſemis, aut duorũ ſcrupulorũ, põdere feruẽti tpis tractu, ex aq̃ Endiuiæ, Acetoſæ, ãt Roſata. Brumæ fluxu, ex vino albo odoro:– p delicatis nõ ab re zaccarũ duplo põdere admiſceẽt tunc maiori pondere vſurpenẽ. Proficiũt nihil min9 (abſq; liq̃re) in toſtũ panẽ ſparſi, & deuorati. Eos deniq;, in cõfectiões ſolidas, aut electuaria, cõuertere nõ minori vtilitate licet cũ zaccaro puriſſio ſyrupis etiã (in hoc periculo peculiariter valẽtes) adhibitis. Cuiuſmõi ſunt Syrupus de ribes, de acetoſitate Citri, de limonib9, malis granatis acetoſis, de cortitib9 citri,:– Sin electuariũ cõfici volueris Cõſerue albiſſio zaccaro cõditæ, vti roſarũ, violarũ, florũ Neunufaris, Acetoſæ Buglosſę, Boraginis, Corticũ Citri, Arãcij cõmode accedunt:–

Vſus vtriuſq; pulueris,

Ratio variandi pulueres, in cõfectiões ſolidas aut electuaria,

Syrupi hoc in caſu cõuenientiſsimi,

Item preter hos, alius eſt puluis cui facultatẽ maxiam, cõſeruandi bonã valetudinẽ, & liberãdi a peſte, medicinæ authores attribuũt:– ℞ terre ſigillate Boli armeni p̃paratorũ, diptami Tormentille Corallorũ Rubrorũ Gencianæ Añ partes eq̃les põtq; admixto zaccaro, gratius palato effici. exhibeatẽ mane, vacuo ſtomacho, drachmæ vni9, aut duorũ põdere. in aqua roſata, aut endiuię, cui pmixtũ ſit acetum:– Offeratẽ aũt ægro q̃citiſsie. q̃niã ſũmis in morbis, citiſſia medela, ſuccurrẽdũ eſt. Verũtamen, vt & in fortunatũ vulgus ſua adminicula, (noſtro ex opuſculo) habeat leuiſſimi pretij remedia, annectã. que ab authoribus nõ exiliori laude, q̃ queq; p̃cioſiſſima, extollũtur:– ℞ ficum lib. ß iuglandiũ ab interiore cortice mundatarũ q̃t j, foliorũ ruthe domeſtice ℥ ß ſalis cõmunis triti ʒ i ß conteranẽ optie in mortario & miſceanẽ addito modico ſyrupi de ſucco Acetoſæ aut Ribes fiat electuariũ, deuoreẽ añ egreſſuz in aurã, quantitas caſtaneam æquans:–

Puluis alius in peſtilẽti periculo laudatiſſim],

Vſus pulueris

Sũmis in morbis, accelerato remedio, ſubueniendum,

Exigui Pretij remedia,

Electuariũ efficatiſſimum,

Electuarij vſus

Iſaac ſecuritatẽ pmittit ijs, qui, ieiuni iuglandẽ vnã, & ficũ ſalis quinq; granis, cõdiant deuorẽtq;. nõnlli folia pauca ruthę efficaciter adhibẽt, Cæpe q̃q;, ex lacte cõmeſtũ aduerſus peſ-

Remediũ Iſac

tem̄, efficax eſſe, ex Tertia Primi Aui: elicit̄:- Cōſulto (bre-
uitatis gratia) infinita alia ſileo remedia · ſcꝫ. Ypericon, Radicē

*Aliud efficax, Remedium*

Ennulæ Cāpanæ, Diptamū, Ariſtologiā & longā & rotun
dā, Pipinellā, vincetoxicū & alia iſtiꝰ gn̄is, q̄bꝰ longe efficatiſ
ſia vis cōtra peſtilitatē (ab authoribꝰ mediciæ) attributa eſt:-
Cęterū eos, quos, aut neceſſitudinis amor, aut alia auxiliandi
pietas deuicit · Frequentare grauiter peſtilitate laborātes, atq̄ꝫ
miſtros ęgris aſſidue aſſiſtētes, iterū atꝫ iterū admōitos volo,

*Adhortatio ad eos q̄, peſte captos frequētāt atq̄ꝫ ægrorum miniſtros,*

vti (p̄uſq̄ꝫ ęgros accedāt) optīs q̄buſlibꝫ ātidotis, ſeſe ſuffulciāt ·
nares, manꝰ, roſata aq̄, aceto pfuſa · in qua granū muſci diſſo-
lutū ſit · deliniant. Poma, (añ hac deſcripta) odorēt · ore teneāt
nūc corticē citri conditā · nūc vero, illius cōfectionis grana. ℞
Aliptæ muſcate Boli armeni p̄parati Añ ℥ j corticū Citri ℈ j
maſticis ℥ j fiant cum muſtilagine draganti in aqua Bugloſſe
facta & parū aceti pile minute xij ℥ j :- Caueāt etiā diligentiſſi

*Grana ore tenenda contra infectionem,*

*Anhelantibus ægris non inhiandum,*

me, ne, anhelātibꝰ ægris, inhient · quod periculoſiſſimum eſt,
Reſtat vt peſte p̄henſis, medelas perſtringamus,

## CVRA PESTILENTIS FEBRIS,

Accenſo peſtilenti ardore, p̄pter ſalutis incuriā · luxuriantē &
inobedientē (traditis pręceptis) vitā · aut aliū quęcūq̄ꝫ infœlicē
euentū · haud diu protrahenda auxiliandi officia, in acutiſſimo

*Periculū i hoc morbo (vti ſummis in ęgritudinibꝰ omnibꝰ) ex auxiliorum p̄tractiōe*

vehemētiſſimoq̄ꝫ hoc affectu · qui, vnoq̄q̄ꝫ momento, (ſupra
q̄ꝫ dici valeat) robur corporis deijcit · mentē conturbat · (& ni,
pręſentiſſimis remedijs natura celerrie adiuuet̄) breui tēpo-
ris interuallo, in ſuū vigorē aſſurgēs · vim medicamētorū cō-
tēnit · & miſerrie enecat:- Qua de cauſa, q̄ꝫ p̄mū mortalis hic
calor inuadit, mox ſubſidijs, quæ, ardorē mitigent · vitales vi-
res cōfirment · fomitē flāmæ auferant · ſuccurrendū:- Inter ea
p̄ſidia nō poſtremū, locū habet · idonea ſex rerū (q̄s non natu

*Victꝰ bonam rationē nō exiguā opē, recuperādæ ſanitati afferre,*

rales appellitamus) adminiſtratio, quā tñ, plęrūq̄ꝫ vulgus ho-
minū, (ad recuperandā ſanitatē inutilē exiſtimās) aſpernatur
medellorūq̄ꝫ turba, partim aſtutia, vt aſſentiēdo ignauę multi
tudini, laudē & opes aucupet̄ · parti inſcitia, quēadmodū Hip
pocratis Galeni: Auicen: monitis ægrū gubernet · nihil minꝰ
deſpicit, tanq̄ꝫ, numeroſa violētiſſimarū purgationū potatio,
ſanā dūtaxat vitā reducat:- Sed mehercle nunq̄ꝫ abſq̄ꝫ ingenti
ægrorū clade, cōgrua earū rerū adaptatio, prętermittit̄, q̄d vt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=32
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

ꝙ apertiſſıe ıdıcare poſſē, ita ꝙ libētiſſie facerē ni, ꝓlixitatē ſermōis (ꝑcipue a peſtilētiæ cura alienā) odioſam fore vererer:- At vt ego, medētis mūeri ſatiſfaciā pręceptorū ſeriē, ad eas res, (q̄s ineuitabili vſu ſp capeſſimꝰ) deflectā:- Aer habitaculi ægrotātis, (cuiꝰ feneſtrę in oriētē ſeptētrionēꝗ tēdāt) ad frigoris hūoriſꝗ mediocritatē declinet:- Purificet̄ indies arōaticarū aquarū fuſiōe, odoribꝰ, ſuffimētis rerū frigidarū redolenuū, Spūs et cor refocillātibus tū ventorū ab oriente & ſeptētrione ꝑ cubiculū tranſmiſſiōe. de quibꝰ capite ī quo purificationē aeris docuimꝰ abunde retulimus:- Inſtruant̄ (ſi fieri pōt) ægro cubicula duo aut tria, vt quū aer vniꝰ, peſtifero halitu, fœtore excremētorū, ingraueſcat ī alid̄ (q̄d aeris ſynceritate, odorū ſuauiſſimorū redolencia, amœnū et placitū ſit) æger deferat̄. Si mō ægri tralationē vires admittāt Sin autē, ipē admodū debilis exiſtat quē etiā ſola erectio multū fatigat. haudꝗ habitationis mutatiōe, ꝑturbādus eſt ſed placita in quiete, ſemp fouēdus, medicaminibꝰ, tū linteis recēs lotis, cooperimētis leuiuſculis, nō ſpiſſis quę, extorreāt ea, aqua roſata aceto ꝑmixta, tum tapeta, (quibꝰ parietes obtegunt̄) cōſperſa plurimū recreant:-

Qualis aer, p… ſte captis, ſalu… bris,

Purificatio ae… ris ægrorū,

Aegro duo t… aue cubicula p… randa,

Aeger admo… dum debilis n… nime a loco i… locū trāſferēd…

## DE AEGRI VICTV,

Tameſi, tenuiſſimū victū, ī morbis acutis, medici imperēt. tamē in hac ardētiſſima, acutiſſimaꝗ flamma, acri inedia, ægrū excruciare, nullatenꝰ tutū ē. quippe, quē morbi vehemēcia, aſſidue exedit viribuſꝗ exoluit eſuritio penitꝰ cōficeret atꝗ aboleret:- Quā ob rem, æger, frequēter nutriēdus eſt cibis optimi ſucci, qui, vim reſtaurēt et ægrū cōſeruent. quod Auicenna ſenciēs, Statuit viriliter agētes, & comedētes, violent̄ abſolui, et ſupſtites obdurare:- Hāc Auicē: dictionē, Gentilis (ꝑſpicaciſſimꝰ interpres) enarrās, ſcribit hac in febre, ſpiritꝰ infectos eſſe et exhauriri vehemētiſſime cuiꝰ gracia, ꝟtutē cibi beneficio, ſemp reſtaurare neceſſum ſit:- Aeſtimāda aūt ea in re, virtus ægri eſt et cōſuetudo viuēdi, Vbi em̄ æger ſanus, frugaliter vixit et validis cōſtantibuſꝗ viribus, peſtis ſęuitiam perfert parcius. eū alere cōuenit, At vbi per totū diem crapulę deditꝰ fuit & vires iam fragiles & fere deficiētes, appareant vberius, atꝗ liberalius, victū ſuppeditare opꝰ eſt:- Talis aūt euchimꝰ (hoc eſt nutrimenti boni) ſit. concoctu facilis, Huiꝰ generis eſt Pulmentū, ex Ordei, aut Hauenæ farina. atꝗ etiā Triticum, ex amigdalino lacte aqua Ordei extracto coctū, Vberiꝰ tn̄ hæc pulmētaria nutriūt in iure pullaſtrorū, pullaſtrarūue, (nōdū coeuntiū) aut iuſculo Hædi,

Crebra cibi o… latiōe, fouēdu… æger,

Auicenna,

Gentilis,

In uictus adn… niſtratiōe æg… vires penſitād…

decocta:- Verũ, carniũ prodia, nũc cũ Endiuia, nũc Cucurbita, iã Portulaca, nõnũquã ſucco Limonis, Pomorꝝ acetoſorũ, interdũ vino berberis, Granatorꝝ, aliquãdo germine Vitis, Potiſſimũ vero aceto, contẽperare atq̃ cõcoquere, (uti vim infrigidãti contrahant) Lõge ſaluberrimũ eſt:- Neque incõuenit, Semina frigida, (Cucumeris, Cucurbitæ, Peponũ Melonũ, Citrulli) trita, in telã Lineam ſubtilem, (iuſto põdere) colligare·iuriq̃ ad concoctionẽ immergere:- Huiusmodi ꝓdijs, oĩa Febrientiũ Eſculẽta, vtiliſſime pręparant:- Proderit pullaſtros, eiſdẽ rebus (donec concidãt) cõcoquere·deinde cõtundere· & ſuccũ omnẽ extractum ægro offerre:- Nolumus aũt ægrũ, immoderato victu explẽdũ·ad ventris & ſtomachi latã ꝓtenſionẽ, quę vehemẽter grauet·ſed vna oblatiõe, paux illũ cibi aſſumẽdũ cenſem⁹:- In primis etiam dare operã oportet, qđ æger ventris onera deijciat· & oĩes alias excremẽtoſas ſuperfluitates excernat, Affert eĩ recuperãdę ſanitati ſyncera mundicies fructum longe vberrimum,

[margin:] ...ibi, febrienti ...eſtilenter, cõ... ...enientiſſimi,

[margin:] ...ptima Cibi ...ondimenta,

[margin:] ...atio paſcẽdi ...grum,

## DE POTV,

Aqua ordei, potui eſt idonea, cõueniẽtior aũt, ſi auri puriſſimi lamina ignita, in ea extinxerim⁹, vel ducatos aliq̃t imergam⁹ cũ quib⁹ decoq̃tur, talis nõnũq̃ large hauſta vtilitatẽ magnam ſanitati affert, maxiẽ ſi æger choleric⁹, iuuenis, ſit, aut tẽpus feruidũ:- Nec inutilis ſuccus Arancij, berberis, limõis, admiſcetur:- dũmodo aũt vires q̃ maxiẽ decreſcãt· vinũ meraciſſimũ, aq̃ roſata dilutũ, recte ꝓpinabim⁹, idipm eĩ recreat & vires ꝓpagat:-

[margin:] ...qua ordei in ...ua aurũ puriſ...nũ ignitũ ex...nguit. febriẽ... peſtilẽter po... efficaciſſim⁹ ...uib⁹ medici ...is pot⁹ miſcẽ...us,

## DE ANIMI, AFFECTIBVS,

Peſte laborãti, ſũma ſalutis ſpes, animi trãquillitas, hilaritaſq̃ ad ſanitatẽ opẽ ſuggerit magnificã:- Cõtra męror, luctus ingẽs, abolitiõis timor, atq̃ alius q̃libet affectus, mentẽ æq̃ acerbius exulcerãs·ad ꝑnitiẽ nõ parũ multũ ꝓmouet:- Quã ob rẽ, ægrot⁹ oĩmi ingenio, ab animi cõturbatiõibus eſt dehortãdus· ſolãduſq̃·vitę ꝓmiſſione, & ludrica q̃libet arte, ad ſolatiũ, læticiã, cõfidentiã, flectendus:- Porro hoc fieri haud velim·poſthabita, ſpretaq̃, delictorũ (aduerſus ſaluatorẽ nrm) penitẽtia·quã chriſtiãę religionꝭ aſſecla q̃libet, ad aĩę fœlicitatẽ adipiſcẽdã, neceſſario agit:- Sed q̃nto aĩę imortalꝭ vita corpis caduca incolumitate, nobilior cõperitur· tanto diligentius aſiſtẽtes inſtẽt·q̃ minus æger eã contẽnat·ſacramẽta oĩa deuotiſſiẽ ſuſcipiat· vniuerſa mũera, chriſtiani hoĩs benigniſſiẽ expleat· nõ exiliori ſpe ſanitatis acq̃rẽdę, ex ſacris fũctiõib⁹ q̃ p̃cioſiſſimi ãtidoti potiõe:-

[margin:] ...ægro tranq̃l... vita, nihil ſa...tarius, ...uctuoſa vita ...ihil exitioſius ...eligio nõ cõ...mnenda,

Quapropter temulenti & infœlices medici, glorioſi ſacrarꝫ cęrimoniarꝫ contēptores, ferendi nō ſūt, a religione ad nepharias voluptates pellicentes:- Tametſi et ego, ſupſtitiōꝫ quę fletū, puſillanimitatē, deſperationē, ægro ꝓuocat· amoliendā arbitrer· tn̄ religionis oīe munus (quod ad animę ſalutē ſpectat) minime obmittendū, ſed lubenti animo obeundū, & ſuadeo & contendo:-

Inuectio in irreligioſos medicos,

## DE SOMNO ET VIGILIA,

Si ægrum ſopor vexet · periculum adeſt· potiſſimū venenoſo abſceſſu oborto: qn̄quidem ſomnus peſtiferū virꝰ introrſū colligit· quo fit, vt per eū vitalia ſubeat mēbra. ea de cauſa, æger a ꝓfunda dormitione excitandꝰ eſt. Vigilqꝫ tenēdus, collocutione, cantu, Ioco, facetijs, & oīni (qua poteſt) ſolertia:- Prima die, qua, ſanguis elicit̄· ad aurorā vſqꝫ, diu, noctuqꝫ, in ſomnis teneatur· Per aurorā vero, modica admittat̄ quies, vt ſpūs, & vires, ęgro recreſcāt. deinceps lucubratiōi tēperandū eſt· & moderatus cōcedendus ſomnus· ne inſomniū inuadat· qđ exhauriat, cōſitiatqꝫ, ægrū. malo tn̄ eum, vigilantiorē, ꝙ æquo ſomniculoſiorē, ꝑmanere,

Somnus veternoſus in ægro malo eſt,

Aeger poſt ſāguinis miſſionē ad auroram vſqꝫ a ſomno auocandus,

## DE MEDICANDI RATIONE,

Ab Initio peſtilentis feruoris, hoc Auicennæ medicamentū, quod, ex capite peculiari de luto armeno, elicitur. ægrotāti confeſtim potandū offerat̄:- ℞ Aquæ roſatæ ℥ ij vini albi odoriferi ℥ j Boli armeni ſubtiliſſime triti ʒ j miſte pro potu Si æger hāc nō euomuerit potionē, magnā euaſiōis fidē facit· Sin retinere nequeat· ſuſpitionē ingerit· cor veneno penetratum. & grauiter lęſum:- Itaqꝫ excreto vomitiōe medicamento, os vino colluat̄. denuoqꝫ toties ꝓpinet̄· quoad, Stomachꝰ ipſū ꝯtineat Qđ ſi aluus aſtricta ē aut cliſteri, aut ſuppoſitorio, ſubducat̄:- Subinde morbo accidēte, vl' ſāguinis vitio, aut alterius hoſtilis humoris, qui ſanguini ꝑmixtꝰ eſt· & ꝑ ſāguinis ſubtractiōꝫ educi pōt. accōmodātiſſima eſt venæ inciſio:- Mediana ſoluatur· corpore toto languente:- Regia vero vena quę & baſilica & iecoria vocitatur ſi ab infernis corpis partibus, Saphena, cū a ſupernis membris, extrahendum Iudicamus·

Medicamē int̄ morbi initia, cō feſtim, ægro ꝓpinandum,:-

Signa a retentione atqꝫ vomitōe medicamis

Qn̄ ſanguinis extractio vtilis

Medianę venę inciſio quando ſalubris,

Baſilicæ ſectio quando ſalua,

Saphenæ aptō qn̄ commoda,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=35
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

opportune diſſecat:– Dimiſſionis mẽſura, nõ rectius, quã, ro
boris æſtimatiõe, cognoſcit. Nã validę, conſtanteſq; vires, in
iuuene ſanguĩe referto, largã ſãguinis miſſionẽ reqrit, vtputa
vncias q̃ttuor, aut ſex:– Mediocres, mlto partiorẽ poſtulãt,
vncias tm̃ duas, aut q̃tuor:– Exigua aũt vis, ſanguĩs effluxu,
tota euaneſcit nihil igitur paruis viribus demẽdũ eſt:– Et vt-
cũq; corpus cõſtet, animi defectio, ex ſanguĩs emanatiõe, nõ
ſecus q̃ mors caueat. Etẽm hac in pnitioſiſſima ęgritudine, ne
mo (ſane mẽtis) neſcit robori ſemp addẽdũ, haudq̃q; ſubtra-
hendũ eſſe:– Quod ſi mulier vterũ gerẽs, puer tredecim an-
nis minor, aut decrepitus viribus exolut⁹, peſte infeſtetur, cu-
curbitarũ (q̃s & ventoſas dicim⁹) poſitiõe, (vt capite de prę
ſeruatiuis medicinis dilucide erudiuim⁹) ſubueniẽdũ ẽ:– hæc
de ſubtractiõe ſanguĩs p̃cepta cõgruũt peſte abſq; abſceſſu af-
fligẽte. Verũ q̃lis miſſio ſanguĩs proſit, enato apoſtemate, vel
Carbũculis pminentib⁹, ſequẽs caput tractabit At ſi, ſanguĩs
integer manſit nec morbũ excitet & p̃ter ſanguinẽ alij nocen
tiſſimi humores, aut extra venas, aut in venis, cũ ſanguĩe flu-
entes, peſtilentẽ ĩcenſionẽ acceperint qui p venarũ vulnera,
educi nequeãt illico catarticis, (hoc eſt purgatorijs medicamẽ
tis,) noxios ſuccos, (etiam priuſquã concoxeris) excutiendi
ſunt. non autẽ ſummis, ſed multo ſatius (adaucto pondere)
mitioribus, & benedictis purgamẽtis hoc pficiendum eſt:–
Bilis (gręcæ cholera nuncupata) reubarbaro, Tamarindis,
Mirabulanis citrinis, & Mãna rectiſſime expurgatur. phleg-
ma hoc eſt pituita Agarico:– Atra bilis, (quę gręco vocabulo
melancholica vocitatur) Foliculis ſene, polipodio, & epithio
ſaluberrime eijtitur:– Aduſta autem morbi materia, reubar-
baro, Fumo terre, aqua caſei, ſuſtolli poteſt:– His atq; pmul
tis alijs, (huius generis) leuiuſculis purgamẽtis, corpus tutiſ
ſime perpurgatur, ne violẽtia purgamentorũ, ægro debilitas
accidat:– Cor autẽ epithematis, extrorſum tepide coaptatis,
atq; etiã cõfortatiuis, frequentẽ refocillandũ corroborandũq;
eſt. Si calor mitior percipiatẽ hoc epithema cõmodum erit. ℞
aquæ roſate lib. ʒ aquarum Bugloſſe violarum melliſſe Añ

Iuſta (dimiſſi ſanguĩs) mẽſura ex corpis robore, atq; cõſtitutione, cõijcienda

Sincopis, ſiue anĩ defectio ex ſanguĩs ſubtractione pertimeſcenda,

Quib⁹ cucurbitæ p ſanguĩs dimiſſione imponendæ

Quo auxilij genere ſuccurrendũ Si ſanguis incorrupt⁹ exiſtat, attñ, alij humores, per uenæ ſectionẽ nõ educibiles, febrẽ gignant,

Medicinæ cholerã educentes,

Quib⁹, atra bilis excutienda,

Quę aduſtam materiã educãt

Cor fomentis fouendum,

Epithema ſubmiſſo calore applicandum,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=36
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

℥ iij vini optimi ℥ ij ſandalorũ omniũ coralli vtriuſqꝫ roſarũ ru: Been albi & rubri Añ ℈ ij Spodij Corticũ Citri Añ ʒ ſ Croci ℈ j oſſis de corde cerui ℈ ſ fiat epithima:- Calore autẽ ardentiſſimo infeſtante fomentũ cor vberius refrigerans adhibeatur· quale hoc eſt ℞ aque roſate lib. ſ aquę violarum ℥ iij aquarꝫ Buglosſe Neunufaris Añ ℥ ij ꝓ aceti ℥ j vini optimi ℥ ſ Sandalorũ omniũ roſarũ rub: Spodij Coralli vtriuſqꝫ Añ ʒ j Corticũ Citri Cãphoræ Añ ℈ j Croci ℈ j Oſſis de corde cerui ℈ ſ fiat Epithema, collectũ panno rariſſimo cordis regioni imponatur:- fouendus quoqꝫ æger eſt odoribus gratiſſimis quos in capite de aeris contemperatione, indicauimus:-

Epithema ferueti calore imponendum,

Confortat itidem valde ſubſequens mixtura quantitate, quę, pondꝰ caſtaneę æquet crebre deuorata:- ℞ conſerue roſarũ Neunufaris Añ ʒ iij manꝰ Chriſti cũ perlis ℥ iiij Margaritarum ſplendidarũ ʒ j ſandalorum omniũ. Corallorũ rubrorum ſeminis acetoſe Corticũ Citri Añ ℈ j Oſſis de corde cerui ğ viij Spodij ℈ ſ foliorũ auri numero x fiat mixtura cum modico vini mali granati aut Syrupi de acetoſitate Citri & deauretur:-

Confortatiuũ, maiorẽ imodũ cor recreãs & vires reſtaurãs

Preterea Auicenna nec nõ Raſes Trochiſcos de Camphora crebre tribuendos ſtatuũt. At puluis eorũ eo ægrius ſummitur· quod guſtui haud gratus eſt· & ęgri appetitus hębes, quapropter ad vſum gratiorem condiatur hoc modo ℞ Trochiſcorum de Camphora ℥ ſ zaccari puriſſimi i aqua roſata diſſoluti lib. ſ fiat confectio hæc crebre ſumpta cor ſumma confortandi potentia refrigerat,

Auicenna Raſes Trochiſcos de Camphora probant,

Cõfectio Trochiſcorum de Camphora

Vtilitas eiuſdẽ

## DE ANTRACE,

Prorumpente peſtifero abſceſſu, cuius, varias ſpecies Galenꝰ cōſignat. Auicennæ Antidotū, ī exordio proximi capitis deſcriptū infectus cōfeſtim hauriat :- Poſt, cū abilitas mittendi ſanguinem adeſt· quam, antecedentibꝰ in capitibꝰ manifeſtiſſime declarauimꝰ, vena abſqꝫ mora eſt vulnerāda :- Abceſſu poſt aures in cerebri emūctorio ſurgēte, cephalice cita ſolutio ī flexu barchij, lateris affecti medeť, tametſi ī extima manu īter pollicē indicēqꝫ æquo cōmodo feriatur. Si ſubtus gulam erūpat, miſſo prius ſanguine ex Cephalica· linguæ venas paulo poſt vtiliſſime ſecamꝰ. Si vero ſub ala cor moleſtū apoſtema ſuſtollat· vena cōmunis ſiue media in Intima cubiti parte, afflicti lateris aperiatur. Sin circa pubem, iecur tumorē protendat introrſum· ex Saphena in crure iuxta interiorē malleolū ſanguis eliciatur, aut ex ramo eiꝰ inter pollicē & indicē pedis. At ſi extrorſum abſceſſꝰ vergat· Sciatica vena iuxta exteriorē malleolum, vel inter minorē & attiguū pedis digitū, diſſecāda eſt. hoc ſubſidio, ī principio morbi, ſuccurrimꝰ ſalubriter, alioqui lōgo tp̄e ſanguinis detractō dilata, maius nocumētum. q̄ȝ iuuamē adduceret. & ſi vires aliaqꝫ oīa indicia cōcedant· copioſa effluxio cōcedenda eſt :- Sed diligēter cauēdū, ne a recta vena quę apoſtema reſpiciat ( ſicuti iā certificauimꝰ) aberremꝰ, aliaqꝫ q̄ȝ cōpetat ſcindatur. conſtat em̄ plęroſqꝫ in eo ipſo lętalit̃ deliquiſſe :- Porro reluctantibꝰ viribus, ætate, & humoris indiſpoſitiōe, ſanguinis deductiōi. Sitias ( hoc eſt ventoſas) defigemꝰ, ī collū. Si cerebrꝫ laboret, intra ſcapulas, corde afflicto, ſupra nates, vbi iecur infectum ſenſerimꝰ. Dimiſſo ſanguine, hauſtus hic calide potui detur ℞ aquarū roſaceę acetoſae vini albi ſubtil' Ante ℥ I Tiriace veteris adulto ʒ I puero ʒ ſ Margaritarū ſplendidarum ℈ ſ Diptami g̃ v Camphoræ g̃ iij fiat hauſtꝰ :- Poſtq̄ȝ eū æger hauſerit bn̄ coopertꝰ ſudet.

Antidotū exoriēte peſtifero abſceſſu illico ꝓpinandū.

Qn̄ Cephalica incidenda

Quādo Venarū liguæ aptō vtilis,

Medianæ diſectio qn̄ ſalutaris,

Saphena qn̄do Soluenda,

¶ Sciatica quarōe vulnerāda

Periculum in aberratione a recta Vena,

¶ Quibꝰ Sitię applicandæ & qua ratione,

## DE CATAPLASMATIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=38
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Edoctis medicinis quę cordi(introrſum extrorſumqꝫ adhibi-
tæ)medeт̄. Supeſt vt de cataplaſmatis pręcipiamꝰ·quę, extrin
ſecꝰ abſceſſui impoſita· ſanāt:- In veneficis his apoſtematibꝰ,
abſtinēdū ſumma cura, ab emplaſtris· quę repellendi vim ha
bent. alias principale membrū, veneno foriſecus acto·rurſus
obrueretur· necareturque:- Quaꝓpter conari oportet·vti
virꝰ ab īternis, ī extimas, eliciat̄ partes. quo mēbra p̄cipua ex
onerentur· omī noxia veneni. quod, hoc attractiuo maxime
agemꝰ, perimemuſqꝫ veneni malitiā Accipe cępe duo, ea in
capitibus ecauato· ad auellanę amplitudinē. Theriaca veteri
electiſſima impleto. & obturato. exciſis capitibꝰ. ne, Theriaca
effluat. in cincre aſſato. aſſa contundito· & impōe abſceſſui:-
Senties eximiam iſtius cataplaſmatis opem· ſi antehac ſanguis
eductus ſit:- Nā vbi Auicenna rabidi canis morſum ſanare
docet teſtat̄, Cępe impoſitū, & extrahere immiſſū venenū &
ipm extinguere:- Adhoc Theriaca enixe omne venenū de-
let (medicorū omnium decreto) Verum, haud me clam eſt·
permultos eſſe, qui hoc emplaſtrū exitiale iudicēt, aſſerētes,
Theriacā venenū abigere. Si igit̄ abſceſſus extrinſecus ea ob-
liniatur. venenū hoc, quod ab interna vi, in extimā corporis
partē propulſū eſt·ꝑ Theriacā rurſus ītrorſū agi· & principē
aliquā partem ſubire. perimereqꝫ. Porro iſti rem male conſi-
derantes, falluntur non mediocriter. Eſto eīm quod Theriaca
vim habeat, fugandi venenū extrorſum· Si ipſa intus ſumpta
a naturali calore adiuuetur. At ipſa extrinſecus inuncta· & in
ternæ virtutis iuuamine nō ſubnixa·venenū aduerſus naturā,
introrſum propulſare neutiquā poteſt:- Eſto etiam, quod
venenum ſubigat· nihil oberit. etenim ipſum non prius ſup-
primit· ꝙ nocentē eius vim frāgat· & penitus cōſūmat. Quip
pe Theriaca, magis (ab illuſtriſſimis medicis) cōnumeratur
medicinis, quę, extinguūt venenū· ꝙ his quę alliciunt· aut fu-
gant:- Hęc Auicenna cognoſcens, morſum muſtellæ & ra-
bidi canis, Theriaca oblinire iubet:- Qď ſi ſupprimeret ve-
nenum, non dubiū, quin Auicenna ab ea dehortatus fuiſſet:-
Quapropter ſaluberrimū hoc emplaſtrū iudico:- Succus cū
Theriaca ex cępe (ea ratione aſſo) elicitus, & ex vino albo

Abſtinendū a
Cataplaſmatis
introrſū vene-
nū agentibus,

Cataplaſma tu
tiſſimū, uenenū
eliciens atqꝫ pe
rimens,

Auicenna,
Cępe virtus
Theriace vis,
contra venenū
Opinio,

Opinionis re-
futatio,

Theriaca ad-
uerſus naturā
venenū intror
ſum non agit,

Auicenna,
Vſus ſucci eiuſ
dem medicinæ

ſorptus, idem adminiculum prȩſtat:- miſſo tamen antea ſang
uine:- Eius ingentē virtutem, crebra experientia cōpertā ha
bet Reuerēdꝰ & āpliſſimꝰ in chriſto pater, & dn̄s, dn̄s Hie-
ronimus, epiſcopꝰ Brandeburgenſis, vir cōſultiſſimus facun
diſſimuſqꝫ qui, multos hoc prȩſidio viuos (vti mihi corā re-
tulit) ſeruauit:- Nec mediocrē laudem Anthonius Quarinus
medicꝰ peritiſſimꝰ, huic medicamini (capite de Bubone) aſcri
bit. hoc vnū adijciens, parū aceti cōmiſcendū eſſe penetrādi
& cōtemperandi cauſa ſucci cæpe, & Theriacȩ, calorem:-
Aliud attractiuū tutiſſimum ℞ diaquilon ℥ ij Armoniaci
Galbani Añ ℥ j ſ incorporentur & fiat Emplaſtrū eo tepide
vt reliquis vtere:-

Extāt Authores, qui poſt ſanguis miſſionē, & antidotorū po
tionē, yrudines ſiue ſāguiſugas apoſtēati adhibēdas exiſtimēt.
Aliqui ſicias (inciſa cum ſcabello cuti) imprimere imperātt-
Multi viuū gallinaceū, deplumato ano, & Conſtricto roſtro.
in abſceſſum cōprimendū ſuadent. vnoqꝫ mortuo, alium toti-
es apponendum, quoad vnus viuus hoc perferat. hæc certe
omnia eximie venenū emungunt. extractum aūt venenum
manifeſtat mitigata afflictio, ægrique cōualeſcentia:- At pro
ſuppuratione, (Si res exigat) apoſtematis, Confice emplaſ-
trum ex farina frumenti, & oleo. hæc in aqua ad ſpiſſitudinē
concoque, & abſceſſui impone:- Quod ſi, ſanies appareat & 
ſuapte natura non erumpat aut abſceſſum ferro incide aut iā
edocto Cataplaſmate (cui aliquid ſalis admiſcebis) eum, do-
nec rumpatur exede: hæc autē ꝙprimū in aliqua particula,
pus ſe oſtenderit exercenda ſunt. & nullatenus magna ſuppu
ratio exedens ampliter, expectanda:- ex ea enim, ingens no-
cumentū eſt. Aperto vlcere, Saniem omnē expurgato diligē
ter, Cataplaſmate ex Sarcocolla & melle, æquo pōdere mix-
tis crebre impoſito. deinceps, peſtiferū vlcus ſicut reliqua pu-
trentia vlcera cōſolidandū erit Quod ſi, cicatrices latæ, & de-
formes, relinquerentur eas Oleo vitellorū ouiū, Balſamo, vel
etiā, humiditate ex pedibꝰ ouium aſſis effluxa, crebre illinito
hæc oīa veſtigia vlceris delēt. & ſimilē cuti colorē reddunt:-

Reuerēdi & āpliſſi. dn̄i Hieroni Præſulis Brandeburgēſis experientia, magna, eodem medicamine.

Anthoniꝰ Quarinus oculatiſſimus practius Emplaſtrū aliud venenū extrahens,

Varia adminicula venenū educentia,

Sanguiſugæ,

Siciæ ſiue venroſȩ.

Gallus glabro ano abſceſſui adhibendus,

Signa extracti veneni,

Emplaſtrū ſuppuratione apoſtematis peſtiferi inducens,

Cataplaſma ſaniē euacuās & vlcus purgans

Cicatrices obliterantia,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=40
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Non me fugit, per peſtilentē febrem, multa vehementiſſima, periculoſiſſimaq́ mala accidere, frequēter em̄, animi defectio, intollerabilis ſitis, alimoniæ abominatio, aſtricta aluus, veternoſus Somnus, vigiliæ, vermes ventris, acerbiſſime ægrū torquēt:- Itaq́ Quales in his affectibus, ferēdæ ſint ſuppetiæ· nequaq́; tacendū putaui, etenim hæc ſæuiſſima accidentia, ęgros non raro necant:-

## DE SINCOPA SIVE ANIMI DEFECTV,

Efficatiora auxilia ad excitādū a ſyncopa,

Si animo deficiat ægrotus· illico manus, brachia, pedes, vehemēter fricato· nares, aures, diſtrahito· Strepitu & vario ſonorū fragore, atq́ crebra (ꝓprij nominis) appellatiōe, eum excitato:- Hæc oīa, ſi animū non reducant· extrema corpis mēbra (brachia, pedes) vinculis cōſtringito· pennā acerrimo aceto intinctam in nares indito· vt ſternutet, quęq́ maxime dolet in eo exerceto· ſimulq́ faciem, aqua roſata, in quā vel puluis gariofilorū vel Camphoræ merſus, vel parū muſci diſſolutū eſt· faciem aſpergito· nares, manus, arterias, eadem perfricato· Epithemata ſiue fomenta (quæ paulo ante deſcripſimus) cordi imponito· Cubiculi aerem odoribus ſpiritū recreantibꝰ alterato· pauimentū odoriferis floribus hærbis cōſpergens, Roſa Viola, Neunufare, pōpinis, ſalicis folijs. Poma odora, pręſertim Citri circumponito. Aquas odoras, Roſatam, Boraginis fundito· lectulū ijs aſpergito:- Pręterea huiuſmodi pilā odorandā, anio deficienti adhibeto ℞ Roſarū rub: foliorū Citri ſandalorum ozimi gariofilati Macis Añ ℈ j laudani maſticis Añ ʒ i ß Ambre Camphore Añ g̈ j Muſci optimi g̈ ſ incorporētur in mortario cū piſtello calido, & fiat pomū & ſi opus eſt· addatur admodū modicū cære, deinceps ægrum debilē, cōfectionibus, mixturis (quas in antecedētibus capitibꝰ reperies) cibiſq́ delectiſſimis (mica panis optimo vino immerſa, Aqua Caponis) corroborato:- Hæc contra animæ defectū, vulgo, nec cauſas defectiōis animi, nec remedia cętera intelligenti· ſufficiunt. Nam vt examuſſim de Sincopa ſcriberem, hoc breuiſculum opellum non ſufficeret:-

Pila odora cōtra animę defectū

Cibis optimi ſucci refocillādus animo deficiens,

## DE CIBI ABOMINATIONE,

Si Ventriculus faſtidio afficiatur· & cibum æger reſpuat per-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=41
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Emplaſtrum, Stomacho adhibendum.

mittendũ eſt, vt acidis, & quibuſlibet gratis edulijs, parce fruatur, ne uires decreſcant. Stomacho etiam Emplaſtrũ hoc imponatur horis duabus ante cõmeſtionẽ. ℞ Cõſerue Citoniorum ℥ ij Maſticis Spice Roſarũ rub: Añ ʒ j conterantur exacta tritione & fiat emplaſtrũ:–

Remediũ cõtra ſingultum

At ſingultu ſimul uexante, panis calidus, lintheo obuolutus ventriculo adhibeaẽ, hoc certe efficaciſſimũ in ſingultu remedium eſt:–

## EXTORRENTIS SITIS REMEDIA,

Que vitãda in clamoſa ſiti,

Vrgente vehementi Siti, peſte captum Aer Cubiculi nõ calidus nõ ſiccus ſit ſed ad frigidam qualitatẽ alteretur. ignis fumuſq; procul abſit Aeger non per os, ſed nares tantũ aerem attrahat nõ hianti ore dormiat non ſupinus, nõ in lecto plumis calefacientibus molleſcẽte cubet non ceruicẽ, caput, in calidũ puluinar, deponat non deniq; calidis, denſis, cooperimẽtis ſtrangületur:–

Auicenna,

Caput eius oleis frigidis (Si nihil obſtet) vt Auicẽna docet inungatur:–

Potus,

Aqua Ordeacea, aceto & citoniorũ muſtilagine, aut Syrupo violaceo, Neunufario, Iulep Violaceo, permixta potui detur:–

Pillulæ ad eluendam ſitim,

Frequenterq; febriẽs vnã ſequẽtiũ pillularum ore voluat & ſolutam transgluciat ℞ Muſcilaginis ſeminis Pſilij ʒ j Dyadragaganti frigidi, zaccari Candi Añ ℥ ß Succi Liquiricie ℈ ß Penidiarũ Amigdalorũ Draganti gumi arabici Añ ℈ j Aquæ roſarum q. ſ. Camphore grana viij Fiant pillulæ ad modũ lupini:–

Tamaridi pruna, Zaccarũ candi Roſaceũ, violaceum, Limones Criſtallus,

Preterea Os ſæpe colluat aqua frigidiſſima aceto cõfuſa:– Conducet quoq; non mediocriter, Si fructus acetoſos, (vti Tamarindos Pruna) aliquãdiu aqua merſos, ore teneat & volutet:– Eodem vſu zaccarũ Candi, Violaceum, Roſaceum, Pillulæ Bichiæ, ſitim extinguũt. Limones etiam ieiune cõmeſti, & Criſtallus ore tenta, magnifice Sitim eluunt:–

## ASSTRICTAE ALVI REMEDIA,

Manna, Caſſiafiſtula, Enema,

Si Alui aſtrictio Aegrum cruciat proderit, vt interdum duabus vncijs Mãnæ. Aliquando vncia vna, Caſſiæ fiſtulæ, eam & molliat & ſoluat:– Nonnũq; glande (quã vulgo Suppoſitorium dicunt) ſtercora eijciat:– Nonnunq; hoc & ſimili Cliſteri ventrem ſubducat ℞ Malue Blitis matris violarum Añ M ij Ordei ℥ ij decoquantur decoctiõis expreſſe colateq; ℞ ℥ xij aut plures aut pauciores ſecũdum molẽ corporis pa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=42
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

tient] In quibꝰ diſſolue Caſſie fiſtule ʒ x puluer] zaccari rubri
℥ j Olei violacei ℥ iij Salis panis triti ʒ j fiat Enema:-.

## DE SOPORE SIVE VETERNOSO SOMNO,

Aegros nõnullos iuſto profundior Somnus moleſtat, ijs nõ
rectius ſuccurritur· ꝙ deriuatiõe humoris cerebrum irrigan-
tis, in imas corporis partes:- Itaqꝫ Brachia, Crura, fricanda
alligandaqꝫ ſt], nexu multiplici· Glandes acutæ ſupponendæ,
Enemata acria inijcienda, Sternutationes mouendæ, Affert
etiam nõ exiguã frugem, in hoc periculo· acetũ acerrimũ cui
piperis aliquid admixtũ eſt, odoratum:- Hæc quũ a Sopo
re nõ excitant· menti pilos, & pubem vellere oportet:-

Glandes, ſiue ſuppoſitoria, Acetum acre odorandum,

## DE IMMODICIS VIGILIIS,

Econtrario, aliquos vigiliæ excruciant, ij, puluerem hunc Sõ
niferum odorẽt, ℞ violarum florũ Neunufaris Corticis Mã
dragore Añ ʒ j ſeminis Aneti Croci ℈ j Fiat puluis & po-
natur in Sindone Aut hoc vngento ſubtus nares/in manibus
atqꝫ circũ tempora illiniantur ℞ Olei Mandragore Neunufa
rini Camomillini Añ ʒ ij Olei violarũ roſarum Añ ℥ ß vn-
genti populionis ʒ v Opij grana duo fiat linimẽtũ hæc omnia
Somnifera Si inania ſunt, Medicaminibus maioris efficatiæ &
ſtupefactiuis indigebunt:- At ex ſtupefactiuis magnũ aboli-
tiõis diſcrimẽ imminet· iccirco cautiſſime exhibenda ſũt, &
nõ niſi nulla alia fides auxiliandi ſuperſit (Authore Meſue):-
Tale ſoporiferum genus, cõſulte taceo, quod nimis audacter
pleriqꝫ idipm experiuntur:- Et ne lethalis error contingat,
ab eruditis Medicis/id auxilij genus deſiderandũ relinquo:-

Puluis ſõniferꝰ

Linimentum Somniferum,

Meſue,

## DE VERMIBVS VENTRIS, QVI
### Peſtilenti tempore frequenter increſcunt

Animalia ventris, Si infeſtant· drachma vna Reubarbari, in
Endiuiæ aut Ordei Aqua, mane, horis quinqꝫ ante cibum ꝓ
pinetur:- Eadem quoqꝫ, pillulæ peſtilẽtiales expellunt, Verũ
pueris, qui hæc medicamina abhorrẽt· & tranſglutire neque-
unt· offeratur Cornu Cerui vſtũ, i pulucrem exacte tritum,
ex aqua zaccari:- Inijciatur Cliſteri, Lac tepidum zaccaro
mixtum ſine ſale:- Subdant̃ Glandes, ex penidiarũ zaccaro
confectæ:- Extrinſecus vero, Felle Thauri, aut alterius ani-
malis Vel Oleo, Succoue, abſynthij, vmbilicus illiniatur:-

Reubarbarũ, Pillulæ peſtilẽtiales cõtra vermes efficaces, Cornu Cerui vſtum, Fel Thauri, Oleũ ſuccus abſynthij,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=43

# RECOGNITA EX OFFICINA,

Charta ij. Superficie. ij Verſu eſtis. addijcere lege adijcere.
Charta eadem, Superſi. te rogo. ſuggillatiōibus ſcri. ſugilla.
Char. iij Superſi : i Ver. immittere. Sæuiuius legen. Sæuius
Char. eadem Superſi. ij Ver. tingat inprimis ſcrib. imprimis
Char. eadem Superſi. e. Ver. vltimo, etnata lege enata.
Char. v. in margine affugiūt lege aufugiunt.
Char. vi. Superſi. i Ver. ruptos, deguere lege degere.
Char. vij Superſi. ij. Ver. pite:– ſuffumigia lege ſuffimenta &
Ver. lia muſcata. ſuffumigio lege ſuffimēto.
Char. eadem Superſi. ij Ver. cis añ. Terebētine lege Terbē.
Char. viij. Superſi. i Ver. penult. colericus lege Cholericus.
Char. ea. Suparſi. ij Ver. mo ſūptu. noctura lege nocturna
Char. xi. Superſi. i. Ver. gro nihil. accidi lege acidi.
Char. xij. Superſi. ij Ver. ſemper. ſanguinis lege ſanguis.
Char. xiij Superſi. i Ver. cenna. obtinēdū lege obticendum
Char. eadē Superſi. ij Ver. firmanentum lege firmamentum
Char. eadē Superſi. ij Verſu his. p̄miſcendū lege permiſcen.
Char. xiiij Superſi. i Ver. nuſaris. Cicri lege Citri & Ver. ve
runtamen. in fortunatum lege infortunatum.
Char. xv Superſi. i Ver. quem. haudꝙ legendū haudq̄ꝙ.
Char. ead. Superſi. ij Ver. ludrica legendū ludicra & Ver.
caduca. aſiſtentes legendum aſſiſtentes.
Char. xvi Superſi. i Ver. Si æger. euomuerit leg. nō euōuerit
Char. xvi Superſi. i Ver. iiij. a fine, Medina lege Mediana.
Char. xviij Superſi. ij Ver. in flexu barchij lege brachij.
Nec neſcij ſumus nos in Receptis, vocibus (ſicuti maſtice vel
maſtix maſticis, quæ flagellū græce notat. pro gūi diſtillante
ex arbore, quod maſtiche, es, flectitur. & diptamū pro dicta
mū, multiſꝙ alijs) abuſos eſſe. Ne (Si ꝓprietatē ſermōis priſ
ci ſeq̄remur) Pharmacopolæ, & medicinarū Coci, aut Re=
ceptas reijcerent. aut longe alia (ꝙ voces explicarent) aroma
ta, attribuerent. quod nobis nō minus dolendū, ꝙ vtentibus
exitioſum foret:– Reliqua leuiuſcula peccata, eo minus cura
mus quod vel mediocri ingenio prędius, ea & recte legere
& corrigere valeat. quod & deſideramus et ferimus (modo
canina inuidia abſit) ꝙ libentiſſimie:–

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=44
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Finiunt longe ſaluberrima aduerſus peſtilẽtiam pręcepta.
Egregij celeberrimiq; viri, Henrici Stromers de Aur-
bach, artiũ bonarum & medicinę doctoris, sereniſ-
ſimorũ principũ, & dominorũ, domini Alberti
primatis & archipręſulis Maguntinenſis &c
Et domini Ioachim Marchionũ fratrum
romani imperij electorũ &c medici:-
Impreſſore Valentino Schuman,
Anno a Chriſtiana ſalute,
M, D, XVI,
Pridie idus
Aprilis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=45
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=47
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=48
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=49
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=50
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

1109

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=51
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=52
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=53
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=54
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

68

# HENRICI STROMERS AVRBA/ chij, medicinę Doctoris, ſaluberrimę aduerſus peſtilẽtiam obſeruatio= nes, recens editæ :–

Aequ
Aequ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568151593-11/fragment/page=55
Stadtarchiv Dessau-Roßlau